



**Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri
Benedicti**

Meyenschein, Benedikt

Hildesii, 1725

VD18 10311831

LXVIII. Si Fratri impossibilia injungantur. Urget ubi Præses, cave sis sub
pondere deses, Vel posse indages; Numine fretus ages.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](#)

- n) *De quo vid. Statuta pag. 179.*
o) *Etiam intra Monasterium, ex Bernard.
Cassin. Commendatur nimirum hīc solitu-
do cellæ, verus paradisus voluptatis, o-
mnisque virtutis, doctrinæ ac ~~perf~~fectio-
nis mater, tantopere culta Veteribus, ut
ne communi quidem ac naturali necessitati
satisfacere suā autoritate præsumerent.
Ex Cassiano.*
p) *Seu licentiā. Vid. etiam dicta c. 49. sub
finem.*

26. APRIL. 26. AUG. 26. DECEMB.

C A P U T L X V I I I .

Si Fratri impossibilia injungantur.

Sicui Fratri aliqua fortè gravia aut im-
possibilia injunguntur *a*, suscipiat
quidem jubentis imperium cum omni
mansuetudine & obedientiâ *b*. Quòd si
omnino virium suarum mensuram vide-
rit pondus *c* oneris excedere, impossi-
bilitatis *d* suæ causas ei, qui sibi præst,
patienter & opportunè suggerat *e*, non
superbiendo, aut resistendo, vel contra-
dicen-

dicendo. Quòd si post suggestionem
suam f in suâ sententiâ Prioris g impe-
rium perduraverit, sciat junior itâ sibi
expedire; & ex charitate h confidens de
adjutorio Dei i obediat l.

- , ut a) Idem ante & post S. P. N. fecere plures
Monachorum Magistri.
- itati b) Id est, animo prompto ad obediendum.
- ent. c) Seu gravitatem.
- sub d) Non verò puræ difficultatis, juxta Ber-
nardum Cassin. & Boërium: quanquam &
hoc ab aliis permittatur.
- W. e) Id est, insinuet, vel modestè proponat.
- im- f) Melius ejus, nisi malis cum aliis omittere.
- piat nni g) Id est, Superioris.
- d si h) Quæ juxta Apostolum omnia credit, o-
mnia sperat, omnia sustinet; & juxta
Chrysologum non accipit de impossibi-
litate solatum, non recipit de difficul-
tate remedium.
- de- i) Utpote per quod omnia possilia sunt
ib- credenti.
- est, l) Pro quo notandum, triplicem esse impossi-
bilitatem: [I. Absolutam & ex naturâ
rei, quæ non nisi per miraculum, aut ne per

miraculum quidem fieri potest. [2. Ex
 præcepto Divino vel Ecclesiastico prohiben-
 te. [3. Ex opinione subditi, sive secundum
 capacitatem aut vires præsentes, ut cor-
 pore infirmo triturare frumentum; sive
 in ordine ad finem intentum, ut rigatio li-
 gni aridi, ut virescat, infusio aquæ in do-
 lium pertusum, ut impleatur. &c. In dua-
 bus prioribus non tenetur parere subditus;
 ac miranda potius sunt, quam imitanda
 simpliciter quorundam Sanctorum exempla,
 qui contrarium feceré ex speciali instinctu
 Spiritus S. Tenetur tamen etiam in illis
 monstrare promptum affectum, & facere,
 quantum potest & licet citra grave nocu-
 mentum aut temeritatem. Ex Suar. Sanch.
 &c. In 3tiâ verò parere tenetur, quia
 an aliquid sit possibile, subditus non
 debet suo judicio definire, sed in ju-
 dicio Superioris stare, ait S. Thomas I.
 2. q. 13. a. 5. ad 3. Quòd autem S. P. N.
 loquatur de tertio genere impossibilium, pa-
 tet tum ex S. Thomâ l. cit. tum etiam ex
 contextu ipso; quid enim aliud est impos-
 sibilitatis suæ, quam sibi apparentis?

27. APR.